

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Herbæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

412      *Pars secunda de elevatione  
altiora studia, sublimioresque scientias profi-  
tetur, etiam scholæ piae oriri possunt. Sed  
consideranda est in utroque sensu & physico &  
moralı causa, modus, &c. abscissionis palmi-  
tum à vite.*

*Frumenta.*

**N**isi granum frumenti cadens mortuum fuerit,  
ipsum folium manet. Si autem mortuum fu-  
erit, mulum fructum adfert. Joan. 12. Scilicet  
Christus pro nobis mortuus, & quilibet sibi ac  
mundo moriens. Cum crevisset herba, & fra-  
ctum fecisset, apparuerunt & zizania [errorum  
infidei, malorum morum] inimicus homi  
(Diabolus cum suis emissariis) hoc fecit. Sinit  
utraque crescere usque ad messem [bonos & ma-  
los usque ad tempus mortis judicii] & tunc di-  
cetur messoribus: Colligite primum zizania, &  
alligate in fasciculos (hi varias peccatorum spe-  
cies complectuntur) ad comburendum. Tri-  
cunum autem (Electos) congregare in horreum  
meum. Matth. 13. Cælum.

*Herbe.*

**H**omo exiguævi. Mane (in pueritia) sicut  
herba transeat. Mane (in juventute) flo-  
reat, & transeat (in virili ætate) Vespere (in  
senectute) decidat, indureti & arefcat. Ps. 59.  
Dies mei sicut umbra declivaverunt, & ego sicut  
fœnum arui. Ps. 101. Væ vobis Plearisatis, quia  
deci-

decimatis mentham & rutam, & omne olus (quærentes interesse in minimis quibusque sub specie pietatis) & præteritis iudicium & caritatem Dei. Hac autem (scilicet præscriptas à Deo decimas) oportuit facere, & illa (justitiam, misericordiam erga pauperes) non omittere. Matth. 11. Melius est vocari ad olera cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Prov. 15. rixis alterationibus.

## Flores, Fænum.

**H**omo natus de muliere quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Job. 14. Omnis caro fænum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Is. 40. brevi elanguefcens. Ego flos campi, ut lily convallium. Cant. 2. Christus humilis patens omnibus. Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Is. 11. Melias filius David. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Sap. 2. Ita impii non considerantes finem ultimum, nec finem malum luxuriarum. Homo sicut fænum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit. Ps. 102. Flos, qui efflorescit non relicto post se fructu symbolum est adolescentis amabilis, gratiosi multa de se in flore juventæ promittentis, & ex post inertis aut malæ vitæ. Considerate lilia agri, quomodo crescunt. Non laborant, neque nent [ nimia sollicitudo pro temporalibus noxia] dico autem